

Peter Christian Kämpfer

Publicvm Virtvtis Et Ervditionis Monimentvm, Qvod Viro Illvstri ... Domino Georgio Dethardingio, Avgvtissimi Danorvm Regis Consiliario Ivstitiae Dexterrimo ... A. O. R. MDCCXLVII. Die 23. Octobris Ad Coelestem Academiam Vocato, Pietatis Et Observantiae Ergo Erigere, Et Simvl Vidvae Moestissimae Nec Non Integrae Familiae Splendissimae Solativm Precari Divinvm Volvit

Rostochii: Typis Ioannis Iacobi Adleri, [1748?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1793503230>

Druck Freier  Zugang





Circa 80 Rottorfer Proctorath-Programme, meist
Todesfälle in Rottorfer Längvaldigen Familien bzw.
Größen Heilb und dem nächstzulutten Jafafündert.
Ordfubntiff geworden.

Litr. A — H.

Im Juni 1859 und dem Neffeß des Graf. Hofrath Piper
zu Güstrow erworben.

(Zincin und die Familien v. Klein, v. Krakevitz u. a.)

82 Stücke

Mklb Gen

2/3I-40



1833

F. A. Aepinus, + 1758.

A. Ahrend, + 1730.

Anna Kohl, n. Ampel, + 1709.

Cath. Ampel, vid. Kleinpi, + 1725.

Magd. Brand, ux. O. P. Möleri, + 1733.

J. H. Balke, + 1778.

J. H. Becker, + 1774.

P. Becker, + 1753.

J. J. Bentzen, + 1725.

Cath. Marg. Besselin, vid. Jac. Burgmann, + 1731.

Just. Reg. Besselin et Ann. U. Hever, vid.

Ch. M. Hever, Roff, + 1742.

V. J. Besselin, + 1755.

Cath. Bloeksdorff, vid. Vic. Puffer,

+ 1715.

Cath. Burchard, n. Bourgund, + 1740.

Ch. M. Burchard, + 1742.

Jac. Burgmann, + 1724.

J. H. Burgmann, + 1746.

J. P. Burgmann, + 1775.

J. Carmon, + 1743.

J. H. Carstens, + 1731.

J. F. Celle, + 1729.

P. Ciese, + 1746.

Ann. Cath. Coeh, + 1726.

G. Crause, + 1723.

Ch. Crule, + 1748.

J. F. Crull, + 1757.

J. A. Curtius, + 1740.

J. Ch. Dancwarth, + 1755.

Anna Decker, conj. Meinauni, + 1739.

G. Deharding, + 1747.

Georg. Jul. Dittmar, ux. J. Carmon.

Ag. Doercks, conj. F. A. Aepini, + 1736.

Ch. Doercks, mar. Nettelblatt, + 1753.

Marg. Doercks, mar. Lief, + 1755.

J. A. Duve, + 1728.

Ann. Soph. Eggerdes, ux. G. Ch. Handwigen,

+ 1743.

Matth. Joh. Eggerdes, + 1718.

Matth. Hinr. Eggerdes, + 1722.

J. L. Engel, + 1758.

H. A. Engelen, + 1734.

H. Ch. Engelen, + 1742.

J. F. Eyllers, + 1749.

Chr. Ed. Forster, vid. Ch. R. Holten, + 1734.

Cath. Chr. Fischer, vid. A. Willebrandt,

+ 1742.

Hel. de Klein, nat. Gerdjen, + 1730.

P. Gerling, + 1778.

H. Goltermann, + 1733.

Ann. El. Groth, vid. Krauel, + 1739.

Alb. Kleins, + 1733.

Matth. Ben. Hering, + 1750.

G. Herkepäus, + 1745.

Cath. Mar. Eyler, geb. Kitten, + 1756.

Ann. Soph. Kolsten, conj. J. D. Spalding, + 1740.

El. Kopp, norm. Crull, + 1766.

Ann. Hedro. Korn, conj. V. J. Bepelin, + 1730.

El. J. Jörck, + 1728.

Joh. Joach. Jörck, + 1729.

P. Chr. Kämpfer, + 1755.

Joh. de Klein, + 1732.

Wend. Kleinschmidt, vid. J. J. Bepelin,
+ 1726.

Ann. Marg. Knefbeck, conj. H. Golden-
mann, + 1738.

A. L. Knefbeck, norm. Kopp, + 1747.

D. H. Koepcken, + 1731.

G. W. Koepcken, + 1732.

F. E. Kohl, + 1738.

Anna Kortholt, vid. J. Lindemanni,
+ 1743.

A. J. v. Krackevitz, + 1732.

J. Krauel, + 1750.

PUBLICVM

VIRTVTIS ET ERVDITIONIS

MONIMENTVM,

QVOD

VIRO ILLVSTRI,

EXCELLENTISSIMO, EXPERIENTISSIMO ATQVE
DOCTISSIMO,

DOMINO GEORGIO
DETHARDINGIO,

AVGVSTISSIMI DANORVM REGIS CONSILIARIO
IVSTITIAE DEXTERRIMO, CONSISTORII REGII ADSESSORI GRA-
VISSIMO, ARTIS SALVTARIS DOCTORI CELEBRATISSIMO, FACVLTATIS ME-
DICAE IN ACADEMIA HAFNIENSI PROFESSORI PRIMARIO LONGEMERITISSIMO,
EIVSDEM FACVLTATIS ET COLLEGII MEDICI DECANO SPECTABILISSIMO AC PERPETVO,
NEC NON SENIORI VENERABILI, ACADEMIAE NATVRAE CVRIOSORVM COLLEGAE
SOLERTISSIMO, FAMIGERATISSIMO,

A. O. R. MDCCXLVII. DIE 23. OCTOBRIS

AD COELESTEM ACADEMIAM VOCATO,
PIETATIS ET OBSERVANTIAE ERGO ERIGERE,
ET SIMVL

VIDVAE MOESTISSIMAE

NEC NON

INTEGRAE FAMILIAE SPLENDIDISSIMAE

SOLATIVM PRECARI DIVINVM VOLVIT

M. PETRVS CHRISTIANVS Kämpfer,


METAPHYS. PROF. PVBL. ORD. ET AD AEDEM MARIAE ECCLESIASTES,

H. ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS RECTOR.



R O S T O C H I I,

TYPIS IOANNIS IACOBI ADLERI, ACADEMIAE TYPOGRAPHI.



Artis salutaris praestantiam plane eximiam esse, ipsa testatur experientia. Modo enim valetudinem afflictam restituit, modo turbatam recreat, modo malum oculis expositum tollit, modo latens in corpore vitium eiicit, modo hominem, morti iam proximum, morbo liberat et ad vitam naturalem quasi reducit. Haec omnia autem, quae medicorum scientia adfert, commoda non pharmacis tribui posse, sed à benedictione diuina pendere, dubio carere existimo. Hinc arti medicae iustum omnino statuendum est pretium. Absit autem, ut nimiam spem in ea ponamus. Quod si hic recte posuerimus calculum, id debemus agere, quod in nauigantibus, DEVM vere timentibus, obseruamus. Hi quippe, exorta tempestate, clauum gubernatori permittunt, et quae tempestatum ratio postulat, sollicitè faciunt; à summo tamen rerum omnium moderatore, DEO, omnibus precibus

cibus petunt atque contendunt, vt ex alto in portum feruentur. Sic etiam aegroti Medici quidem opera vti debent; omnis tamen de recuperanda valetudine spes ipsis in DEO est collocanda. Quae cum ita sint, praecipua quadam laude mihi quoque digni videntur illi morborum debellatores, qui in arte salutari eximia quadam scientia gaudent plurimisque eruditi sunt experimentis: interim tamen arti suae non fidunt nimium, sed potius rem suam ex artis suae praescripto diligentissime tractantes, primam, immo omnem de recuperanda aegrorum sanitate spem in auxilio diuino reponunt, et, valetudine aegris restituta, soli nomini diuino laudem tribuunt atque gloriam. Haec mecum agito, dum mihi renouanda est memoria Viri magni nominis et inter principes litterarum neutiquam reticendi, Medici vere experientissimi, Christiani vera et haud fucata in DEVM pietate praediti. Hoc autem nomine mihi iam est compellendus *Vir quondam Illustris, Excellentissimus atque Doctissimus, Dominus GEORGIUS DETHARDINGIVS, Potentissimi Danorum REGIS Consiliarius iustitiae dexterrimus, Consistorii Regii Adjessor grauiissimus, Artis salutaris Doctor celeberrimus, Facultatis Medicae in Academia Hafniensi Professor Primarius meritissimus, eiusdem Facultatis et Collegii Medici Decanus perpetuus et Senior venerabilis, Academiae naturae Curiosorum Collega per longam annorum seriem famigeratissimus.* Quemadmodum vero pia et pridem inueterata consuetudine receptum est, virorum, de orbe litterato et publica re insigniter meritorum, memoriam atque laudes conseruare et aeternitati consecrare: ita quoque nostrarum partium erit, vitae curriculum, summam eruditionem, egregia merita, raram pietatem reliquasque virtutes DETHARDINGII nostri paullo diligentius considerare et in exemplum aliis imitandum proponere. Vitam autem DETHARDINGII memoria repetenti primum se offerunt ea, quae ad eius ingressum in hunc mundum pertinent. Stralsunda, vrbs Pomeraniae citerioris celeberrima, eum nascentem gremio et sinu suo prima excepit, anno post *ενσάρκωσιν τῶν λόγων* MDCLXXI. die 13. Maii. Vix hoc coeli depositum exosculati erant parentes optimi, dum prima eorum cura eo pertinuit, vt hic ipsorum filius salutari baptismatis aqua ablueretur. PATREM veneratus est NOSTER Virum *Praenobilissimum, Excellentissimum atque Experientissimum* DN. GEORGIUM DETHARDINGIUM, qui primum apud Stralsundenses Medici ac Physici Urbici officio per decennium magna cum laude praefuit. Deinceps à GVSTAVO ADOLPHO, DVCE MEGAPOLITANO, immortalis memoriae PRINCIPE, Medicus Aulicus ac Archiater electus, ab Amplissimo Gustrouiensium Magistratu etiam Physici Urbici sparta ornatus est. Memoriam huius peculiari Programmate, anno MDCCXII. die 7. Aprilis publicato, posteritati commendauit Vir etiam post fata celeberrimus, Dn. IOACHIMVS HENRICVS SIBRANDVS, tunc temporis Academiae Rostochiensis RECTOR, et Moral. Prof. Publ. Ord., qui praeter merita, quibus hic DETHARDINGIVS inclaruit, animum DEO deuotissimum in eo maxime depraedicat, et clarissima prouidentiae diuinae documenta, quae DETHARDINGIVS expertus est, exemplis sat luculentis comprobat. Silentio non est praetermittendum, hunc DETHARDINGIUM, Ciuitatis Stralsundensis adhuc Physicum atque Medicum, aliquando grauissima vi morbi ita fuisse oppressum, vt

omnes ipsum iam iam moriturum existimauerint. Sed precibus quorundam, praesertim D. BERNHARDI GOSMANNI, Superintendentis, et HENRICI PIPERI, heroica prorsus virtute et praeclaro fidei specimine ad DEVM fufis, mirum in modum à mortuis quasi reuocatum et suis diuino redditum esse beneficio. Exemplum hoc CHRISTIANVS SCRIVERVS, immortalis nominis Theologus, ostensurus, quid preces adhuc hodie valeant, et oratio efficiat, si sit *ενεργουμένη*, nominibus tam precantium, quam aegrotantis plane suppressis, in aureo libro, cui titulus: *See: len-Schag*, Part. IV. Homilia XVII. §. 24. p. m. 657. adducit. Citetur hac de re testis non solum modo laudatus SIBRANDVS in Programmate iam memorato, verum etiam FRIDERICVS THOMAS, Gymnasii Gustrouienfis quondam Sub-Rector meritissimus, in carmine funebri, quod A. R. S. MDCCXII. Gustrouii lucem publicam adspexit.

MATER NOSTRO exstitit ANNA CATHARINA NESEN, Vidua DN. CONRADI SCHVCKMANNI I. V. Doctoris & Antecessoris quondam in hac alma celeberrimi, sexus feminei decus & ornamentum.

In linea paterna AVVS ipsi fuit Dn. GEORGIUS DETHARDINGIVS, Pharmacopoeus Aulicus Sedinensis, & Amplissimi Sedinensium Scabinatus Adfessor, scriptis chemicis clarus, qui praesertim ex scriptis polemicis, *de auri aliorumque metallorum solutionibus haud spuris*, cum D. AGRICOLA & HAVPTMANNO sociatis, magnam consecutus est nominis celebritatem.

AVIA stirpis paternae NOSTRO contigit DOROTHEA REISIGS, ANDREÆ REISIGS, Pharmacopoei Sedinensis, & ELISABETHÆ MARSILIÆ filia, matrona omni virtutis laude ornatissima.

PROAVVS stemmatis paterni fuit DN. MICHAEL DETHARDINGIVS, Medicinae Doctor & Physicus apud Stralsundenses felicissimus, ob egregiam graecae ac latinae linguae notitiam longe famigeratissimus. PROAVIAM in linea paterna habuit ELISABETHAM PETZENERS, feminam lectissimam.

His adhuc iungimus NOSTRI ABAVVM, DN. BARTHOLDVM DETHARDINGIVM, Philosophiae Magistrum & Rostochii ad aedem Mariae Ecclesiam vigilantissimum; cuius passim mentionem facit celeberrimus quondam in hac alma Theologus, DN. ZACHARIAS GRAPIVS in Rostochio Euangelico. In primis p. 386. sqq. exhibet responsum theologicum, quod in quibusdam de Magistratu Politico controuersis, tres verbi diuini Ministri, qui tunc temporis coetui Mariano praefuerunt, LVCAS BACKMEISTERVS, LVCAS RANDOVIVS, et BARTHOLDVS DETHARDINGIVS, à Visitatoribus Ducalibus iussi, anno 1566. die 20. Februarii dederunt.

Silentio quoque praetermittendus non est NOSTRI ATAVVS, DN. IODOCVS DETHARDINGIVS, Presbyter Herfordiensis, qui inter primos renati Euangelii praecones in Westphalia magna nominis celebritate notus est: cuius etiam merita DN. HERMANNVS HAMELMANNVS in Operibus Genealogico-Historicis p. m. 1037. et alibi passim exponit.

Ad

Ad lineam maternam B. NOSTRI progredimur, in qua AVVM numeravit DN. IOACHIMVM NESE, I. V. Doctorem celeberrimum, et Senatorem Reipublicae Rostochiensis meritissimum. AVIA huius stemmatis ex provida DEI cura ipsi data est matrona, omnibus virtutibus, sexum sequiorem condecorantibus, ornatissima, ANNA SIBRANDIA, DN. IOHANNIS SIBRANDI, I. V. Doctoris et Codicis in hac alma Professoris celebratissimi, et ANNÆ SCHILLINGIÆ filia.

PROAVVS stirpis maternae ipsi fuit DN. HANS NESE, *Serenissimi* DVCIS *Megapolitani*, IOHANNIS ALBERTI, Quaestor Prouincialis dexterimus. PROAVIA autem ANNA GERSTENBERGIA, femina lectissima.

Ex hac familia maiorum gloria et multis aliis ornamentis insigni vti sanguinem duxit NOSTER *ὁ μακαρίτης*, ita etiam statim ab ipso aetatis suae principio eam vitae rationem ingressus est, vt virtute sua conniteretur maiorum suorum splendori incrementum addere et perpetuitatem. Indoles studiorum capacissima ē iucundis puerilis prudentiae praeludiis mature in eo cognoscebatur. Hinc amantissimi parentes et alii non immerito augurabantur, ex ista herbescentis adhuc seque paullatim exferentis ingenii bonitate magnas aliquando virtutis et sapientiae fruges esse exstaturas. Qua spe incensus DETHARDINGII nostri PATER (MATER enim huic filio suo, vix septem annos nato, morte erepta est praematura) provide circumspexit praeceptores, quorum fidei hunc filium suum concrederet. Primum quidem Stralsundae litterarum rudimenta posuit. Deinde in gymnasio, quod Gustrouii floret, litteris, quas humaniores vocamus, est imbutus, praeceptore in primis THOMA RAMSEY, Cantore ibidem bene merito. PARENS, nullis parcens sumtibus, filium etiam peregre alere constituit. Hinc ipsum misit Rostochium, vbi in aedibus DN. IOHANNIS SIBRANDI, Decretal. Prof. Ducalis celeberrimi, hospitio vsus est optimo. Hoc enim receptus domicilio non solum ad studiorum incrementa, verum etiam ad vitae morumque integritatem vna cum laudati SIBRANDI filio, natu maiore, IOACHIMO HENRICO SIBRANDO, in Academia Varno-Balthica primum Moralis Philosophiae, deinceps Institutionum Professore Publico Ordinario, et tandem Regii Tribunalis Wisnariensis Adessore grauissimo, formatus est quam diligentissime. Vterque tunc concreditus est praeceptori domestico communi, primum quidem NICOLAO SPRANGERO, in Holsatia ad munus Ecclesiasticum vocato; et deinde MATTHÆOKLEINIO, qui postea apud Regiomontanos Aduocatus dexterimus exstitit. Quo autem DETHARDINGIVS noster in litteris humanioribus eo limatior redderetur, et primae caperet sanioris Philosophiae elementa, PARENTI ipsius placuit illum reuocare Gustrouium, vbi per aliquod temporis spatium M. IOHANNES MATTHÆVS POLEMANN, gymnasii Gustrouiensis Con-Rector meritissimus, in illo perpoliendo omnem nauauit operam. Eos in elegantiorum litterarum studiis cum fecisset progressus, vt cum fructu posset maiora auspiciari, annuente optimo PATRE Academiae Rostochiensis nomen dedit A. R. S. MDCLXXXVIII. Excitatus exemplo maiorum suorum, quorum plurimi in arte medica ma-

B gnam

gham nominis celebritatem consecuti sunt, ad artem salutarem omnes cogitationes suas omniaque studia contulit. Iam domi ipsius PATRIS institutione tirociniis huius scientiae feliciter positis, in Academia Rostochienfi duces nactus est egregios, DN. BERNHARDVM BARNTSORFIVM, et DN. IOHANNEM GERDESIVM. Facultatis Medicae Professores quondam excellentissimos, qui in perpoliando illo honestissima aemulatione concertarunt. His doctoribus dum NOSTER operam dedit assiduam, et etiam Philosophorum, tunc in hac alma docentium, praecepta auide imbibit, praelusit eruditioni, quam litteratorum orbis deinceps est admiratus. Hac in musarum sede cum per anni et sex mensium spatium in studia strenue incubuisset, et variis locupletatus esset eruditionis opibus, noluit in patria diutius haerere, sed peregrinandi impetum cepit. Primum Batauos adiens Academiam salutavit Lugdunensem, in qua viri clarissimi CAR. DRELINCOVRT, IACOB le MORT, BVRCHARDVVS VOLDERVS, ANTONIVS NVCKIVS, PAVLVS HERMANNVS, SENGVERDIVS, et alii eruditionis copias ipsi suffecerunt. Hic NOSTER in omnibus scientiae medicae partibus egregios fecit progressus. Profuit ipsi indefessa Professorum, ibi docentium, industria, splendidis maximeque certis salariis excitata, quae discentium ardorem mirum in modum inflammare solet. Adfunt etiam in hoc eruditissimorum hominum seminario alia subsidia et incitamenta, quae medicorum studiis egregie consulunt. Adest *hortus Botanicus*, herbis et floribus vndique refertus. Adest *Laboratorium Chymicum*, operationibus chymicis egregie aptum. Adest *Nosocomium*, magna aegrotorum numero repletum. Adfunt *seccionēs Anatomicae* publicae et quotidianae. Hinc NOSTER ea, quae ad anatomiam pertinent, hic praesertim audiuit, perspexit, cognouit intenteque obseruauit. Et multa vt paucis complectar. In Academia Lugdunensi DETHARDINGIVS noster tempus suum ita collocauit, vt ipsi licuerit fructum ad conscientiam referre vberimum. Sed alias etiam Belgii confederati regiones peragrauit, fauorem celeberrimorum virorum vndique sibi conciliaturus. In primis Ultraiectum sibi putauit adeundum, vbi VALLANI et MÛNNINGEKII humanitatem varie est expertus. Horum enim beneuolentia nactus est occasionem instructissimas perlustrandi bibliothecas, et alia, quae Ultraiecti sua raritate se satis commendant, spectandi. At enim vero ex voluntate Parentis, litteris ipsi declarata, in Belgio non diutius commorari, sed iter etiam in alias Europae regiones instituere debebat. Hinc anno MDCXCI. in Galliam se recepit, et non solum Lutetiae Parisiorum, verum etiam in quibusdam aliis amplissimi huius regni vrbibus celeberrimis ea, quae obseruatu digna sunt, obseruauit, et vbique viros salutavit famigeratissimos. Digna ipsi quoque videbatur Britannia, quam adnauigaret. Quidquid Londinum artis vniquam ac elegantiae ostentat, quidquid Oxonienses Athenae exteris in exemplum vix imitabile proponunt, hoc vidit et ex consuetudine eruditorum peregrinantium memoriae prodidit. In hoc itinere adiit tot viros omnis eruditionis atque elegantiae principes, quorum sermonibus, studiis ac moribus animum intendit. Vidit tot bibliothecas locupletissimas, ex quibus varia pro sua discendi cupiditate in vsus suos conuertit. His mercibus transmarinis iam locupletatus, ex Anglia soluit, et mense Septembri eiusdem anni MDCXCI. secundo

cundo ventorum flatu Hamburgum adpulit. Hoc quippe optimo Parenti erat in votis, vt filius Germaniae redderetur et patrios etiam lares repeteret. Gustrouium itaque fausto fidere reuersus, suo aduentu venerandum Genitorem maxime exhilarauit. Ea etiam iam instructus erat doctrinae copia, vt Amplissimus Gustrouiensium Magistratus NOSTRO officium Physici Urbici vltro offerret. At DETHARDINGIVS, iucundas peregrinationis vtilitates iam expertus, denuo in exteris terris et academiis adhuc maiora in arte salutari incrementa capere maluit, vt deinceps eo magis patriae prodesse posset. Hinc vltra sex menses Gustrouii detineri non potuit, sed itineri iterum accingebatur. Faustis itaque adclamationibus optimi Parentis et cognatorum suauissimorum, DEO duce, in viam se dedit. Primum quidem Lipsiam petiit, foecundum eruditissimorum hominum seminarium. Hic per annum et quod excurrit commoratus, eruditione sua et morum suauitate doctissimorum virorum amorem sibi conciliauit et existimationem. Praesertim vero cum IOANNE BOHNIO, AVGVSTO QVIRINO RIVINO, IOANNE CHRISTIANO SCHAMBERGIO aliisque Medicis celeberrimis magna ipsi familiaritas atque consuetudo fuit. Hospitio exceptus Pharmacopoei et Chymici Lipsiensis peritissimi, DN. LINCKII, Adfinis sui, occasionem quoque nactus est rerum pharmaceuticarum notitiam sibi comparandi. Musis valedicens Lipsiensibus et visis in itinere aliis academiis vicinis et circumiacentibus, ex voluntate Parentis anno MDCXCIII. Academiam adiit Altorfinam, a D. MAVRITIO HOFFMANNO, D. IACOBO PANCRATIO BRVNONE et D. IOANNE MAVRITIO HOFFMANNO humanissime receptus. In hac musarum sede DETHARDINGIVS noster inuenit campum, in quo eius eruditio excurreret et parta tot vigiliis scientia, ceu in publico quodam theatro, spectaretur. Viri in Academia Altorfina tunc temporis celeberrimi, in intimam Nostri familiaritatem peruenientes, facile intellexerunt, DETHARDINGIVM verae ac solidae eruditionis copia ac varietate iam praestare. Hinc Gratiiosa Facultas Medica ipsum non solum ad examen, quod rigorosum vocari solet, lubentissime admisit, verum etiam ipsi, ceu Candidato eruditissimo atque dignissimo, facultatem concessit e disputantium cathedra disputationem defendendi inauguralem. Quo itaque in publico eruditorum coetu ostenderet, se summis in arte salutari honoribus dignissimum esse, anno MDCXCIII. die I. Decembris Disputationem Inauguralem *de calculis Microcosmi* absque Praefide (quae istius Academiae consuetudo est,) successu felicissimo ventilauit. Absens Pater filio, tale specimen publicum tunc edenti, gratulatus est scripto quodam, in quo *de officio veri Medici* praecepit. Facultatem summos in arte salutari honores capeffendi sibi hoc modo pepererat NOSTER. Antequam vero illis ornaretur, in Austriam, Hungariam et Italiam iter suscepit. Quapropter relicta Academia Altorfina anno MDCXCIV. Noribergam profectus est; et ulterius Augustam Vindelicorum adiit, vbi ex frequentiore aditu, quem celebratissimus DN. LVCAS SCHROECKIVS, Reipublicae eiusdem Archiater, Comes Palatinus Caesareus, et S. Rom. Imperii Nobilis, nec non Academiae Leopoldino-Imperialis naturae curiosorum Praefes, ipsi concessit, fructus cepit vberrimos. Hic vero vltra tres menses commorari haud

potuit, quoniam tempus visendi iam dictas regiones instabat. In itinere itaque progressus Donawertam salutauit, vbi mox rapidis Danubii fluminibus se committens primum Ratisbonam venit, et vltius in Hungariam descendit. Ea cum hic obseruauit, quae scientiae medicae emolumento esse possunt, reditum maturans, Viennam, sedem IMPERATORIS Romano-Germanici nobilissimam, petiit, vbi multa obseruatu digna, quae peregrinantium curiosorum animos solent admiratione complere, conspexit. Nactus in hac vrbe comites optatos, mense Augusto anni iam dicti, iter in Italiam suscepit, primum Venetias opulentas adiens, et vltius progressus per integram hiemem in celeberrima Venetorum Academia, quae Patauii est, subsistens. Hic NOSTER non sine insigni studiorum suorum incremento Medicos eximios, POMPEIVM SACCIVM, BORRONAEVM, SPOLETVM, MARCHETTVM et alios diligentissime consuluit, et suetas ibi sectiones anatomicas magno cum fructu adspexit. Iisdem autem finitis comites gente Germanos inuenit, et his sibi iunctis alia Italiae loca, videlicet Vincentiam, Veronam, Mediolanum, Florentiam, Sienam et ipsam PONTIFICIS Romani sedem, Romam, iustrauit. Tantum aberat, vt peregrinationum satietas eum caperet, vt potius inferiorem quoque Italiae partem quodammodo peragrare sibi iucundum existimarét. Adiit itaque Neapolin nobilissimam, et visitauit montem Vesuuium, ignium eruptione clarum. Iter autem reflectens salutauit Lauretum, multis fabulis inclutum, et Anconam, portu celebri notissimam. Et sic, DEO duce, iterum Venetias peruenit.

Iam aderat tempus, vt DETHARDINGIVS Italos relinquens, Germaniae prouinciis redderetur. In reditu itaque Tridentum, concilio clarum, et Monachium, Electoris Bauariae sedem, visens Augustam Vindellicorum redibat. Hinc Noribergam profectus, tandem Altorfium repetiit, vbi anno MDCXCV, die 17. Nouembris summis in Arte salutari honoribus et priuilegiis condecoratus est; cum iam ante biennium exantlato examine et disputatione inaugurali, publicae eruditorum συζητήσει exposita, sollempnia praestiterat. Ornaturus itaque, quem nactus erat, gradum, in hac Academia Altorfina die 4. Decembris eiusdem anni Praefidis munere fungens, Disputationem Anatomico-Physiologicam *de fontanella infantum*, Respondente VLR. SIGISM. NIMPSCH, publice et magno cum adplausu ventilauit.

Tandem post tot annorum peregrinationem DETHARDINGIVS noster tendit in patriam, in qua ipsius ingenium, multa exercitatione subactum, et insignes eruditionis dotes diu delitescere haud potuerunt. Tales animi et doctrinae opes etiam innotuere Medico celeberrimo, DN. IOANNI CHRISTIANO WOLFIO, tunc iter in Daniam meditati, qui, cum A. O. R. MDCXLVI. tres hebdomades Gustrouii degeret, ab vtroque DETHARDINGIO, Patre et Filio, humanissime est exceptus. Dicam id verbis V. C. DN. CHRISTIANI POLYCARPI LEPORINI, in *Memo-ria Wolfiana Cap. III. p. 22.* ita pronunciantis: Unser Wolfius gelangte in die Bekantschaft derer Herren Dethardingen. Der Vater war bei dem verstorbenen Herzoge GVSTAVO ADOLPHO Leib-Medicus gewesen, und hatte vorher in Stralsund praxin medicam exerciret. Dieser erzeigete sich
gegen

gegen Ihn dermassen, daß Er Ihn wegen seiner civilite sehr rühmen, wegen seiner klugen discourses hoch halten, und wegen seines hohen Alters ehren mußte. Von seinem Sohn, so nachmahls die Profession zu Rostock erhalten, genoß Er auch viel Höflichkeit; und weil Er (DETHARDINGIVS) kurz vorher aus Italien zurück gekommen, unterhielt Er Ihn mit angenehmen discourses von seiner Reise, und ließ Ihn allerhand curiosa in Anatomicis sehen. Edebat quippe DETHARDINGIVS noster Gustrouii ea eruditionis specimina, praesertim in operationibus ad Anatomiam pertinentibus, vt de ipsius doctrina atque dexteritate per terras Megapolitanas rumor facile increbesceret. Praeclarum et fide dignissimum hac de re testimonium adfert Cel. DN. ANDREAS DANIEL HABICHORST, qui in *Rostochio Litterato* vitam DETHARDINGII nostri describens P. I. p. 157. sq. haec exhibet verba: „Denique anno 1696. mense Ianuario in patriam redux, quam sedulo hactenus apud exteros officio esset functus, adeo demonstratum iuit luculenter, vt publica statim specimina ederet. Suarum etiam partium esse ratus, quae ipse, neglecta studiorum ergo patria, è Germanorum eruditione, et sedulitate Batauorum, Italarumque experientia acceperat, mente illinita, propria manus industria rimari, Anatomiam singulis mensibus eodem anno 1696. Gustrouii in praesentia Ducalium Consiliariorum Ecclesiaeque Ministrorum et aliorum, praeuiis programmatibus inuitatoriis, ita instruit, vt primo sub initium mensis Aprilis *cerebri* anatomiam; deinde sub eiusdem mensis finem *oculorum* sectionem, celebrare; porro mense Maio *auditus* structuram, mense Iulio *linguam*, mense Augusto *pulmones*, mense Septembri *Cor*, mense Octobri *Epar*, mense Nouembri *Ventriculum cum intestinis*, mense Decembri *Renes*; tandemque mense Ianuario sequentis anni 1697. *arterias et venas* euoluere non grauaretur. Sed et vltius ad sectiones *Integumentorum corporis humani* itemque *ossium* processisset, nisi superioris ipsum hinc auocantis auctoritas interuenisset.

Nondum ad finem perductae erant operationes, quas adplaudentibus spectatoribus instituebat, anatomicae, cum fama de DETHARDINGII dexteritate ac sedulitate ad aulam perferretur Suerinensem, in qua Serenissimus Princeps, tunc temporis DVX Regnans Megapolitanus, DN. FRIDERICVS WILHELMVS, NOSTRO Anatomiae ac Botanices, nec non Mathematicum Superiorum Professionem in hac Alma Rostochiensis clementissime demandauit. Visum enim est SERENISSIMO PRINCIPI, alte memorato, ex bono publico et ex Academiae dignitate fore, si DETHARDINGIVS repararet damnum, quod Alma nostra tunc, ex DN. IOANNIS GERDESII abitu ad Gryphiswaldenses acceperat. Honorifice iam arcessitus NOSTER, Anatomiae artibus et Medicinae laudibus ornatissimus, in clarissimo Professorum Rostochiensium ordine elucere coepit. Spartam sibi demandatam RECTORE Academiae DN. D. BERNHARDO BARNSTORFIO anno MDCXCVII. die 18. Februarii auspiciatus est oratione sollemni, in qua *de idea veri Anatomici* verba fecit.

Officio iam publico ornatus, DETHARDINGIVS etiam in eo erat, vt rebus suis domesticis consulere. Hinc eodem anno MDCXCVII. die 13. Octobris matrimonium iniit, tori sociam sibi eligens Virginem

Prae-

Praenobilissimam et omni virtutum genere ornatissimam, MARIAM REVSCHEN, Illustris DN. CHRISTOPHORI REVSCHII, Serenissimi DVGIS Megapolitani, DN. GVSTAVI ADOLPHI, Confiliarii Ecclesiastici dexterrimi, et DOROTHEÆ GRVNDGREIFFERLÆ filiam dilectissimam. Hoc coniugium vti vera in DEVM pietate et numquam interrupta animorum coniunctione DEO gratum fuit, et in exemplum aliis imitandum potuit proponi, ita etiam multis cumulatam est diuinis beneficiis. Adnumeramus his merito liberos, quos, DEO clementissime benedicente, DETHARDINGIVS Noster ex Coniuge sua dulcissima procreavit.

I. Filius primogenitus est Vir Praenobilissimus, Excellentissimus atque Experientissimus, DN. GEORGIVS CHRISTOPHORVS DETHARDINGIVS, Philosophiae ac Medicinae Doctor, nec non Anatomiae et Botanicæ, vt et Mathematicum Superiorum Professor in hac Alma Ducalis Publicus Ordinarius longe celeberrimus, Fautor atque Collega noster Aestumatissimus: qui quemadmodum optimo Parenti in officio hic successit, ita etiam ipsi Patris felicitatem et benedictionem precamur vberissimam. Hic vero in huius vitae lucem prodiit anno post natum Christum MDCXCIX. die 10. Aprilis, et ea vsus est fortunæ indulgentia, vt à Parente Medico solidissimo atque felicissimo non solum in doctrina ac praxi fuerit institutus et perpolitus, verum etiam exteris academiis salutatis, itineribus confectis et eruditionis speciminibus editis, gradu Doctoris Medicinae est condecoratus. Primogenitus hic, quem iam nominauimus, filius anno MDCCXXVI. die 26. Maii matrimonii foedere sibi iunxit Virginem Lectissimam et egregiis virtutum ornamentis praefulgentem, CATHARINAM ELISABETHAM ROGGENBAVEN, DN. IACOBI ROGGENBAV, Ciuitatis Rostochiensis Ciuis Primarii ac Mercatoris florētissimi filiam, quam NVMEN benignissimum diu florentem, sospitem atque superstitem esse iubeat. Ex hoc coniugio Familiae DETHARDINGIANÆ felix facta est accessio. AVVM enim quatuor nepotes et duae neptes exhilararunt. Sequuntur autem hoc ordine:

1. GEORGIVS, anno MDCCXXVII. die 15. Aprilis in huius vitae lucem editus;
2. GEORGIVS WILHELMVS, anno MDCCXXVIII. die 25. Iulii in theatrum huius mundi productus;
3. GEORGIVS CHRISTOPHORVS, anno MDCCXXX. die 2. Maii natus;
4. GEORGIVS FRIDERICVS, qui anno MDCCXXXII. die 17. Februarii huius lucis vsura frui coepit;
5. MARIA DOROTHEA, anno MDCCXXXV. die 2. Iunii in hanc lucem edita;
6. WENDVLA CATHARINA ELISABETHA, anno MDCCXXXVIII. die 1. Maii nata.

II. Filius secundo-genitus Vir Praenobilissimus, et Consultissimus, DN. GEORGIVS WILHELMVS DETHARDINGIVS, anno MDCCI. die

die 18. Ianuarii suavisissimam huius vitae lucem primum adspexit, et iam est I. V. Doctor famigeratissimus et caussarum Patronus apud Lubecenses dextrissimus. Hic anno MDCCXXXV. nuptiis sibi iunxit Virginem Praenobilissimam et omnibus virtutibus, sexum femineum condecorantibus, maxime conspicuam, MARGARETAM CATHARINAM CRONEN, filiam dilectissimam Viri Magnifici, DN. DOCT. IOANNIS ADOLPHI CRONII, Reipublicae Lubecensis Imperialis Consulis grauisissimi et longe meritisissimi; cui benignissimum NVMEN senectutem vegetam, extentum vitae spatium, successusque etiam ultra vota prosperos in emolumentum totius Reipublicae Lubecensis, et in integrae Familiae Splendidissimae solatium ac ornamentum concedat quam clementissime.

III. Tertium in ordine locum tenet filia ANNA DOROTHEA, anno MDCCIII. die 20. Iunii nata, quam formae elegantia et virtutum ornamentis commendatissimam anno MDCCXX. in matrimonium duxit Vir Praenobilissimus, Excellentissimus atque Experientissimus, DN. IOANNES CHRISTOPHORVS HEINTZE, Medicinae Doctor et Practicus apud Gustrouienes felicissimus, et Serenissimi DVCIS Megapolitani Consiliarius Aulicus dextrissimus. Ex hoc autem coniugio prodierunt liberi, hoc sequentes ordine:

- I. MARIA IOHANNA ELISABETHA, anno MDCCXXVI. die 6. Augusti in huius vitae lucem edita, anno MDCCXLIV. die 24. Iulii in matrimonium collocata est Viro Praenobilissimo, Excellentissimo et Consultissimo, DN. IOANNI DANIELI BENECKE, Serenissimi DVCIS Megapolitani Consiliario Aulico et Dicasteriorum Megapolensium Procuratori famigeratissimo; ex quo coniugio B. NOSTER anno MDCCXLVI. die 12. Iulii exhilaratus est pronepte, cui nomen MARIE AGNETAE DOROTHEAE in sacro baptismatis lauacro inditum.
2. IULIANA CATHARINA, anno MDCCXXVIII. die 2. Maii nata, in tenera infantia, anno quippe MDCCXXX. die 25. Ianuarii morte raptata immatura.
3. SOPHIA CHARLOTTA, quae anno MDCCXXXI. die 23. Iunii huius vitae lucem primum adspexit, et anno MDCCXXXIII. die 24. Februarii mortua est.
4. GEORGIVS CHRISTOPHORVS anno MDCCXXXII. die 8. Maii huius lucis vsura frui coepit: viuere autem desiit anno MDCCXXXIII. die 20. Octobris.
5. MAGDALENA LOVISA anno MDCCXXXIV. die 28. Ianuarii in huius vitae lucem prodiit.

Haec dum scribo, non possum silentio praetermittere, DETHARDINGIVM Nostrum vna cum CONIVGE sua, incomparabilis exempli matrona, ex obitu filiae suae dilectissimae, ANNÆ DOROTHEÆ HEINTZIÆ, anno MDCCXLII. die 4. Maii graui febri catarrhali maligna extinctae, magnum cepisse dolorem. Vix huic acerbitati datum erat adle-

uamentum, cum ipsorum dolori hic veluti cumulus accessit, vt ipse Gener, quem eximia semper caritate dilexerunt, laudatus DN. IOANNES CHRISTOPHORVS HEINTZE, omni expectatione citius catarrho suffocatio lethali correptus, diem obierit supremum, id quod anno superiori MDCCXLVII. die 3. Septembris contigit.

IV. GEORGIVS FRIDERICVS anno MDCCVI. die 15. Augusti natus, naturae debitum reddidit anno MDCCVII. die 4. Septembris.

V. GEORGIVS FRIDERICVS, beati fratris nomine insignitus, anno MDCCIX. die 12. Septembris in huius mundi theatrum productus est; nondum autem quatuor annos natus fabulae vitae suae catastrophem addidit, anno videlicet MDCCXIII. die 27. Februarii.

VI. MARIA LOVISA anno MDCCXII. die 10. Februarii felici partu exclusa est. Haec omnibus, quae sexum femineum condecorare solent, virtutibus ac ornamentis conspicua anno ADCCXXXI. die 22. Iunii nuptiis iuncta est DN. IOHANNI HENRICO ROGGENBAV, Senatori Rostochienfi Prudentissimo et Mercatori Primario atque florentissimo. Ex hoc coniugio prognati sunt, AVVM exhilarantes duo nepotes et septem neptes. Hoc autem ordine se excipiunt:

1. MARIA ELISABETHA HENRICA anno MDCCXXXIII. die 20. Februarii in huius mundi lucem edita est;
2. GEORGIVS HENRICVS anno MDCCXXXV. die 19. Iunii natus, iam anno sequente MDCCXXXVI. die 15. Febr. è vita migravit;
3. DOROTHEA LOVISA anno MDCCXXXVI. die 9. Nouembris suauissima huius lucis vsura frui coepit;
4. CATHARINA SOPHIA anno MDCCXXXVIII. die 25. Februarii nata;
5. WENDVLA CHRISTINA anno MDCCXL. die 12. Octobris in huius vitae lucem prodiit;
6. IOHANNA IVLIANA anno MDCCXLI. die 26. Septembris in huius vitae lucem producta;
7. CHRISTINA FRIDERICA anno MDCCXLIII. die 23. Iunii nata;
8. IOHANNES WILHELMVS anno MDCCXLV. die 15. Ianuarii felici et laeto partu exclusus;
9. CATHARINA DOROTHEA anno MDCCXLVI. die 24. Februarii nata, eodem statim anno die 20. Iunii vitam cum morte commutauit.

DEVS Optimus Maximus huic familiae florentissimae etiam in posterum benedicat.

VII. Vltimo genitus, Vir Praenobilissimus et Consultissimus, DN. GEORGIVS AVGVSTVS DE THARDINGIVS anno MDCCXVII. die 9. Februarii huius vitae lucem adspexit. Huic vti ab ineunte aetate fuit ingenium ad omnes honestas disciplinas docile, et ad eas percipiendas ita factum, vt non tam accipere à magistris, quam ipse ex se parere

parere, et earum quodammodo reminisci, ex illa Platonis sententia, videretur; ita ipse quoque iam egregia eruditionis specimina litteratorum orbi exhibuit. Anno MDCCXXXIX. in hac Academia Rostochiensis summis in Philosophia honoribus ornatus est. Iam vero Potentissimi Danorum REGIS Adfessor Cancellariae dexterrimus, et in Gymnasio academico, quod Christianaei nomine Altonaviae floret, Iuris Publici et Historiarum Professor meritissimus existit. In ipso Christianaei dedicationis festo, anno MDCCXLIV. die 23. Maii dissertationem solemnem *de Danis, Germaniae nunquam subiecta*, disquisitioni publicae exposuit. Adscriptus etiam est Membris clarissimis Societatis Teutonicae in Academia Gryphiswaldensi florentissimae.

Data opera silentio praetereo quaedam, quae hic merito addenda essent. Infra autem ista adducam.

Iam recensum agam eorum scriptorum, quae DETHARDINGIVS Noster, Rostochii in officio constitutus, in lucem emisit publicam.

Anno MDCCCL.

Programma *ad anatomiam, in corpore masculino instituendam, inuitans.*

Anno MDCCCLIII.

Disp. *De ingressu aëris per poros cutis.* Resp. Sam. Henr. Sibeth.

Anno MDCCCLIV.

Programma *funebre in obitum D. BERNHARDI BARNSTORFII.*

Anno MDCCCLV.

Programma, *ad anatomiam, in cadavere masculino instituendam, inuitans.*

Disp. *de salubritate aëris Rostochiensis, von der gesunden Luft zu Rostock,* Resp. Ioanne Gerhard, Friedl. Megapol. Comp. Noua Litteraria maris Balthici et Septentrionis mense Maio 1705. p. 129. sqq. nec non *Etwas von gelehrten Rostockschen Sachen, 1737.* p. 393. sqq.

Programma, *quo existentia DEI ex structura corporis humani demonstratur,* et studiosa iuuentus ad audiendam osteologiam inuitatur. Cel. FABRICIVS in delectu argumentorum et syllabo scriptorum, qui veritatem religionis Christianae aduersus Atheos, Epicuraeos, Deistas etc. adseruerunt, Cap. VII. p. 299. hoc scriptum adnumerat illis, quibus Atheorum tela retundi possunt.

Anno MDCCCLVI.

Disp. *de vano eclipsium metu.* Resp. Io. Christoph. Backmeister, Dassov. Megapol. Vid. Noua Litteraria Maris Balthici mense Iulio 1706. p. 199 sq.

Disp. sistens quaestionem: *An expediat peste mori?* Resp. Balthaf. Ludou. Schirach.

Programma, *ad anatomiam, in cadavere masculino instituendam, inuitans.* Specimen anatomiae iucundae et utilis, Resp. Sim. Ambr. Hennings.

Anno MDCCCLVIII.

Programma, *ad anatomiam, in corpore masculino publice instituendam, inuitans, in quo singularem Gemellarum connatarum, ex*

D

Hun-

Hungariae oris ad nos allatarum, et admirabilem partum cogitatione perlustrat, has quippe, quas DEVS coniunxit, manu Chirurgi posse separari negat. Comp. Noua Litteraria Maris Baltici mense Martio 1708. p. 33.

Anno MDCCXII.

Disp. de *Operatione Medicamentorum euacuantium*. Resp. Io. Bernhardo Quistorpio, hodie Medicinae Doctore eiusdemque Professore Publ. Ord. in Academia Rostochiensis.

Anno MDCCXIV.

Scrutinium Commercii Animae et Corporis, ac, qui inde fluunt, adfectuum animi, methodo mathematica factum. Resp. Ioanne Schroedero, Stormaro. Comp. Die gelehrte Fama P. XXXVII. p. 93. sqq.

Differtatio Epistolaris ad D. LVCAM SCHROECKIVM de *Methodo subueniendi submersis per Laryngotomiam*. Mentionem huius scripti honorificam facit IOANNES CONRADVS BECKERVS in tractatu de submerforum morte sine pota aqua, p. 2. et p. 86.

Programma, ad *anatomiam in cadauere masculino* inuitans.

Anno MDCCXV.

Disp. de *operatione medicamentorum adstringentium*. Resp. Ludou. Aug. Beckero, Suerinensi. Hanc Disp. recenset die gelehrte Fama P. LIII. p. 425. sqq.

Anno MDCCXVII.

Disp. De *subactione alimentorum in ventriculo*. Resp. Christiano Fridrico Steuero, hodie Medicinae Doctore et Practico Rostochiensis.

Oratio saecularis de *Meritibus Lutheri in artem medicam*, die 3. Nouembris in auditorio maximo publice recitata, et ob praestantiam à DN. CYPRIANO Hilar, Euangel. P. II. p. 91.-100, publici iuris facta.

Anno MDCCXVIII.

Disp. de *Carminatione sanguinis in pulmonibus*. Resp. Georgio Christophoro Dethardingio, hodie Medicinae Doctore et Professore Rostochiensis, iam supra laudato.

Disp. de *Differentia Ingenii et Iudicii in Medico Clinico*, Resp. Io. Christoph. Heintze, cuius iam supra facta est mentio.

Disp. Inauguralis, De *Anaesthesia*, Resp. Io. Bernhardo Quistorpio, supra iam memorato.

Programma de *connubio theoriae et praxeos*.

Anno MDCCXIX.

Disp. de *necessitate medicinae ex natura termini vitae*, Resp. Augustino Puchnero.

Disp. Inauguralis de *Erotomania*, Resp. Io. Christophoro Heintze, supra iam nominato.

Programma de *Ethicae et Medicinae connubio*.

Anno MDCCXX.

Palaestra Medica, exhibens themata physiologica, in alma Rostochiensis XXX. Dispp. publice ventilata.

Anno

Anno MDCCXXI.

Quaestio Problematica: *An homo adultus, ceteroquin sanus, citra cibum et potum per quadraginta dies et quadraginta noctes, solius naturae viribus, vitam trahere possit?* occasione ieiunii quadragesimalis Generosi Viri de BERNHARD. Resp. Augustino Puchnero, iam antea nominato.

Disp. Inauguralis de *Obsessione eademque spuria*, Resp. Christ. Frid. Steuero, cuius supra mentionem fecimus.

Programma in exsequiis DN. IOANNIS ERNESTI SCHAPERI, Medicinae Professoris et Consilarii intimi.

Anno MDCCXXII.

Disp. Inauguralis de *Etbica dolentium*, Resp. Aug. Puchnero, qui plus simplici vice, respondentis munere functus, iam supra memoratus est.

Anno MDCCXXIII.

Scrutinium Physico-Medicum, quo indoles intellectus animae infiri, ab aduentitio probe discernendi, eruitur, et ad ulteriorem indaginem omnibus Philosophis, Theologis, Iurisconsultis, in primis viro Medicis, sedulo commendatur.

Disp. Inauguralis de *Cynanche*, Resp. Christoph. Ernesto Steinbach, cui Lexicon Germanico-Latinum in orbe litterato magnam famae celebritatem peperit.

Disp. Inauguralis de *cura Mortis*, Resp. Georgio Christoph. Dethardingio. Hoc ipso anno haec disputatio, formam tractatus induens, prodiit sub titulo: Georgii Christophori Dethardingii, Philosophiae Magistri et Medicinae Licentiati, *Meditatio Academica de Morte.*

Programma de *praestantia Medicorum à parentibus medicis prognatorum.* Insertum est hoc scriptum Actis Eruditorum Rostoch. Collect. I. n. IV. p. 151. sqq.

Programma Rectorale in festo *Pentecostes*, in quo dictum Act. XIX. v. 2. explicatur. Quae circa explicationem huius dicti cum DN. IO. IOACH. WEIDENERO disceptata sunt, exhibentur in Actis Erudit. Rostoch. Coll. I. n. VI. p. 183. sqq. Ipsum autem Programma in hac Collectione I. legitur n. II. p. 32. sqq.

Programma Rectorale in festo Michaelis de *Approximatione Angelorum cordi habenda.* Exhibent etiam hoc Programma Acta Erudit. Rostoch. Coll. I. n. II. p. 46. sqq.

Programma Rectorale in obitum IOANNIS BADEMÜLLERI, ubi quaestio ventilatur: *An iste vitae terminus homini sit à DEO fixus, à quo homo, in primis iuuenis occumbit, quin si aliud regimen accessisset, licuisset illum superare et longius vivere?*

Programma Rectorale in obitum GODOFREDI CRAVSII praemisso discursu de *fabuloso Olorum cantu.*

Programma Rectorale in obitum IOANNIS SENSTII, dictum Esa. XL. v. 3. explicans.

D 2

Pre-

Programma, quo studium anatomicum à chymicorum insultibus vindicatur, et simul ad anatomiam, in cadauere feminino publice habendam, inuitatur. Hoc ipsum quoque insertum est Actis erud. Rostoch. Coll. I n. IV. p. 157. sqq. Silentio autem hic non est praetermittendum, in fine Programmatis p. 168. sq. haec legi verba: „Sed, „quod addendum, promissam hanc sectionem, omnibus Academiae „ciuibus adeo gratam, vel maxime arti salutari operam in hac „alma nauantibus vtilem interuertere aut arcere valuit religiosus, „aut religens Zelus Confessionarii inquisitae, vt pote qui, quo da- „tam huic de sepultura seruaret fidem, non cessauit Iudicem pre- „cibus laceffere, vt his locum daret, et corpus sectioni destinatum „terrae mandari iuberet.,,

Anno MDCCXXIV.

Manuductio ad vitam longam, tradens regulas diaeteticas sub regimine circa aërem, cibum et potum, motum et quietem, somnum et vigilias, superfluum exclusionem, animi adfectus, medicum et medicamenta hominibus facile obseruandas, subnexis monitis Ethico - Medicis.

Programma, quo ad anatomiam in cadauere masculino inuitatur.

Anno MDCCXXV.

Disp. Inauguralis exhibens Specimen ethicae dolentium sub doloribus partus, Resp. Leuino Andr. Warnecke.

Anno MDCCXXVI.

Disp. Inauguralis de haemoptysi ex infausta consolidatione vlcera pedum. Resp. Ludolpho Schaeffer.

Programma de naturae sollicitudinibus sub schematismo morborum.

Anno MDCCXXIX.

Disp. Medica, quae adstruit, voluntatem Medici habendam esse pro effectu, Resp. Iacobo Batto.

Disp. Inauguralis de calculo vesicae friabili. Resp. Ernesto Wilhelmo Schaumkell.

Programma de calculi genesi recte cognoscenda.

Disp. Inauguralis de morbis, à spectrorum adparitione oriundis. Resp. Georgio Erhardo von Gehren.

Programma de medicamentis temporis adcommo-dat.

Disp. Inauguralis de colica sanguineo-spasmodica et venae sectione in illa pro specifico habenda, Resp. Ioanne Ernesto Kindlero.

Programma de venae sectionis utilitate.

Programma Rectorale in festo Pentecostes de auctoritate festi Pentecostalis.

Programma Rectorale in festo Michaelis de imitandis virtutibus angelicis.

Programma funebre in obitum I. C. STEVERI de senum prae iuuenum moriendi formidine.

Programma funebre in obitum ANNÆ AMSELIÆ de primaria virtute vxorum.

Pre-

Programma funebre in obitum H. NOHRII *de indeterminabili et aeterno animae desiderio.*

Programma funebre in obitum IACOBI SIVERS *de primaria virtute studiosi.*

Anno MDCCXXX.

Programma *ad anatomiam, in cadauere masculino instituendam, inuitans.*

Anno MDCCXXXI.

Disp. Inauguralis *de morbo Regis Iorami ad 2. Paralip. XXI. v. 15. sqq.*
Resp. Christophoro Friderico Clarin.

Programma *de concordia, inter studium Theologicum et Medicum stabi-
lienda.*

Disp. *de tribus impostoribus I. potu Thee et Coffee II. commoda vita III.
de officinis domesticis.* Resp. Carolo Theodoro Thefendorf.

Anno MDCCXXXII.

Programma Rectorale in festo Pentecostes *de Spiritu Sancto, tanquam genuino Medico, de omnium salute optime merente.*

Programma Rectorale in festo Michaelis *de Polemosophia Angelorum, Academus praefectorum.*

Programma funebre in obitum Illustris IO. de KLEIN, Cancellarii Megapolensis *de felicitate Academiae Rostochiensis in formandis ingeniis.*

Programma funebre in obitum IO. ZINCKII *de non eligendo promiscuo vitae genere litterario.*

Quaestio problematica: *An sub depressione cranii huius eleuatio per manua-
lem operationem chirurgicam sit necessaria.* Resp. Io. Schumacher.

Anno MDCCXXXIII.

Programma *ad anatomiam, in cadauere masculino instituendam, inuitans.*

Ex scriptis, quae iam commemorauimus, facile colligi potest, DE-
THARDINGIVM nostrum in scientiis, ad artem medicam et reliquam
eruditionis suppellectilem pertinentibus, tantam adhibuisse industriam,
quanta illa esse, cum summa est, solet. Ad ornandas reliquas officii de-
mandati partes omnes quoque cogitationes omniaque studia contulit. Ex
quo publicum docendi munus in Academia Varno-Balthica ipsi deman-
datum est, statim lectionibus tam publicis, quibus experimenta Anato-
mico-Physiologica in numerosiori spectantium corona proposuit; quam
priuatis, quibus humanae generationis ac formationis negotium expli-
cuit, officium suum ornare coepit. In eodem stadio postea cursum con-
tinuauit, et totus in eo fuit, ut eruditionis thesauros exponeret, et docendo
disputandoque iuuenes quotidie redderet doctiores. Hoc modo de Aca-
demia praeclare meritus est, orbique litterato magna nominis celebritate
innotuit. Hinc quoque iam anno MDCCXIV. Collegis Academiae
naturae curiosorum celeberrimis ANDRONICI nomine adscriptus est.
Varias itaque obseruationes Medico-Physicas, ab ipso profectas, ephemer-
idibus Academiae naturae curiosorum passim insertas legimus. E. g. de
*anatomia tympanitici; de arthritide à lumbis terrestribus remissiori; de equo
docili; de methodo Timaeana curandi febrem quartanam; de fascinatione; de
laesione rami in carpo manus dextrae.* Ut alias ipsius lucubrationes, in his
E epheme-

ephemeridibus exhibitas, iam silentii peplo inuoluamus. Hoc autem fieri nullo modo potest, DETHARDINGIVM nostrum, Decani, Procellarii aut Rectoris Academici munere fungentem, saepe numero in celeberrima panegyri animos audientium orationibus exquisiti argumenti demulsiſſe. Hic Rostochii in splendido templo, Virgini DEI-parae sacro, ipsum audiuiſſe publice, memoriter et ſuauiffime dicentem de quaestione: *quare balbutientes omnium lubentiffime confabulentur?* Alia occasione acroateria nostra candidiffima illius voce ita personarunt, vt orationum illarum non sine oblectatione recordemur. Modo ipsi *de multitudine Medicorum in republica, modo de prolixitate in studio medico, quatenus ea vellaudanda vel taxanda, modo de vi et efficacia amoris sui ipsius, modo de methodo regiminis academici, ad methodum medendi inflexa*, peroranti aures attentas praebuimus. magna perfuſi voluptate. Rectoris Academici officio in hac alma functus. id ſemper egit, vt animo pro ſalute ac dignitate Academiae excubaret. In vltimo, quem hic Rostochii, anno MDCCXXXII. geſſit, Rectoratu academico, DETHARDINGII praefertim conſiliis atque auſpiciis factum eſt, vt Bibliotheca academica ex priſtino loco ſatis obſcuro in aedem transportata fuerit Iacobaeam, in qua ipſi locus eſt conſeſſus ad gloriam et incrementum eius valde commodus. Inter notatu digna hoc vltimum eſt, quod B. NOSTER ſua manu matriculae academicae inferuit.

Annos triginta quinque DETHARDINGIVS in Academia Rostochienſi ſpartam Professoris Publici et Ordinarii egregie ornauerat. Spes etiam erat, fore, vt reliquum vitae ſpatium hic quoque conſumeret. Sed prouidentiae diuinae aliter viſum eſt. Auſpiciis enim Auguſtiſſimi Danorum REGIS CHRISTIANI VI. NOSTER vocatus eſt in Academiam Hafnienſem, vt celeberrimo DN. FRANKENAV in officio ſuccederet. Prouida DEI cura in hac vocatione ſignis plane admirandis ſe manifeſtauit. Hinc vocanti REGI Clementiſſimo morem geſſit DETHARDINGIVS, et anno MDCCXXXIII., annum aetatis ſexageſimum tertium agens, relicto Rostochio, Hafniam ſe contulit. Demandati officii partes cum in ſe recepit, auſpicatus eſt ſpartam ſibi concreditam publica diſputatione *de facie diuina Medicorum*, Reſp. Ioanne Schumacher. Iam regno praefidens Potentiſſimus REX FRIDERICVS V. tunc PRINCEPS in ſpem regni genitus, praefentia ſua glorioſa hunc actum ſolemneſt ornauit quam clementiſſime. Quemadmodum vero DETHARDINGIVS, nouum in Academia Hafnienſi officium auſpicatus, eruditionis et diligentiae ſuae ſpecimina edidit; ita etiam in reliquo vitae ſpatio ſui fuit quam ſimilimus, hoc eſt. exemplar virtutis, pietatis, diligentiae et eruditionis perfectiſſimum. Primum quidem ea, quae diligentiam et eruditionem eius commendare poſſunt, perpendemus. Quapropter nobis praefertim commemoranda ſunt publica doctrinae ſpecimina, quibus in Academia Hafnienſi nominis ſui celebritati incrementum addidit et perpetuitatem. Praeter diſputationem iam laudatam in iſta celeberrima Muſarum ſede DETHARDINGIVM auctorem adgnoscunt ſcripta, quae iam ſequuntur: Anno MDCCXXXIII.

Oratio Iubilaea de morbis Eccleſiae rediuiuis, more maiorum in Regia Academia Hafnienſi in auditorio maiori die 31. Octobris habita.

Anno

Anno MDCCXXXIV.

Disp. Inauguralis de *haemorrhagia ventriculi*. Resp. G. Henr Blumenthal.

Specimen fatorum medicinae in morbo famoso, medicabili quidem, sed vix tollendo, Podagra. Resp. Nicolao Ryberg.

Disp. de *casibus fortuitis funestis in praxi clinica*. Resp. Georgio Augusto Dethardingio, cuius iam supra mentio facta est.

Elementa Diaetae, siue Regulae Physico-Medicae ad auro cariorem sanitatem conseruandam, vacillantem fulciendam, deperditam vero cito, tuto et iucunde recuperandam in vsum eruditorum Daniae et Norwegiae.

Vid. *Hamburgische Berichte von gelehrten Sachen* anno 1734. p. 844.

Quaestio problematica: *Vtrum studiosus, in primis Medicinae, citra viuam Doctoris vocem propria industria sufficientem sibi comparare possit scientiam*. Resp. Seuerino Hee.

Disp. Inauguralis de *methodis medendi in Medicina et Chirurgia suspectis*. Resp. eodem Seuerino Hee, iam Medicinae Professore in Academia Hafniensi.

Anno MDCCXXXV.

Disp. Inauguralis de *febris, Eiderostadenses corripientibus, vulgo Stoppel-Fiebern*, Resp. Ioanne Henrico Paulsen, iam Medico Holfato.

Fundamenta scientiae naturalis, quibus in rebus naturalibus et ad oblectamentum et ad vtilitatem haecenus delecta breuibus Aphorismis exponuntur. Hoc scriptum anno MDCCXL. typis iterum excusum est.

Fundamenta Physiologica siue Positiones hominis statum sanum, ad officia, sibi in hoc mundo expediunda, necessarium delineantes; in vsum auditorum. Comp. *Hamburg. Berichte* anno 1736. p. 312.

Disp. de *Operationibus medicamentorum rescipientium et adiuuantium*. Resp. Sam. Ernesto Crüger.

Anno MDCCXXXVI.

Disp. Inauguralis de *praerogatiuis sanitatis infantum plebeiorum prae sanitate infantum nobilium*, Resp. Ioanne Christophoro Lincke.

Programma, *qui fiat, quod natorum paucissimi aetatem attingant; plurimi e contrario mundum vix ingressi huic iterum valedicendum habeant*.

Programma de *coniugio diaetae et pharmaciae, ut maris vices diaeta, pharmacia autem feminae expleat*.

Decas Theorematum, ad Diaetologiam Biblicam spectantium, Resp. Carolo Friderico Craft.

Scrutinium caussae materialis Podagrae, quae abstrusissima habetur. Resp. Marco Herford Peckel.

Anno MDCCXXXVIII.

Enodatio quaestionum quarumdam spinosarum, ad historiam medicam pertinentium, de missionibus sanguinis artificialibus. Resp. Roberto Stephano Henrici.

Disp. Inauguralis, *exhibens centuriam thesium miscellanearum, quae dubia vexata ex omnibus partibus medicinae proponunt*. Resp. Ioanne Henrico Zumpe, Medico Prouinciali Petropolitano.

Disp. Inauguralis de *nouo specifico in quartana*. Resp. Hannibal Schwendrup, Medico Fridericostadensi.

Anno MDCCXXXIX.

Disp. Inauguralis de peste variolosa in Gronlandia et Decas porismatum, ad historiam variolarum medico-clinicam spectantium. Resp. v. Osten.

Fundamenta Pathologica siue positiones, hominis statum morbidum, officia sibi in hoc mundo expediunda impediens, delineantes. In usum auditorum,

Disp. Inauguralis de necessaria motus et potus combinatione, Resp. Marco Herford Peckel, Medico Hafniensi.

Anno MDCCXL.

Nova scrutatio negotii Physico-medici, per virgulam vacillantem detegendi occulta. Resp. Ioanne Bartholomaeo Bluhme.

Disp. Inauguralis, exhibens centuriam thesium ex medicina morali, clinica et forensi. Resp. Ioanne Henrico Paulsen.

Disp. Inauguralis de medicamentis Norwegiae sufficientibus, una cum methodo medendi. Resp. Henrico Lochstör, Medico Norwegiensi.
Comp. Altonaische gel. Zeitungen anno 1745. p. 249.

Fundamenta Semiologiae Medicae, siue Axiomata fida pro informando Medico de morbis praesentibus et futuris.

Anno MDCCXLI.

Disp. exhibens praesidia sanitatis et vitae longae é Decalogo. Resp. Christiano Ludouico Mossin.

Anno MDCCXLII.

Decas Aphorismorum Hippocratis, noua luce illustrata. Conf. Hamb. Ber. anno 1742. p. 941.

Disquisitio Physica vermium in Norwegia, qui noui visi, una cum tabulis aeneis. Resp. Alberto Aug. Roggenkamp. Vid. Hamb. Ber. anno 1742. St. 92.

Anno MDCCXLIII.

Fundamenta methodi medendi, siue manuuctio generalis et fida ad praxin clinicam tuto, cito et iucunde, quantum datur, exercendam, in usum auditorum. Comp. Göttingische gel. Zeit. anno 1743. St. 101.

Decem et septem Aphorismi Hippocratis é Sect. I. depromti et noua luce illustrati. Vid. Hamb. Ber. anno 1743. St. 44.

Continuatio Aphorismorum Hippocratis ad finem Sect. I. Conf. Götting. gel. Zeit. I. c.

Anno MDCCXLIV.

Aphorismi HIPPOCRATIS XI. ex Sect. II. depromti, noua luce illustrati.

Anno MDCCXLV.

Noua luce illustrati quindecim Aphorismi HIPPOCRATIS ex horum Sect. II. depromti.

Disp. Inauguralis exhibens obseruationes de morbis, aduenas in America vexantibus, speciatim in insulis S. Thomae et S. Crucis. Resp. Carolo Adolpho Mallerbach. Operae pretium est hic adiicere, modo memoratum DN. MALLERBACHIVM sex annos in insulis S. Thomae et S. Crucis vitam degisse. Hinc obseruationibus, ab ipso hic exhibitis, eo maiorem habendam esse fidem, merito existimamus.
Disp.

Disp. Inauguralis de specifico Prophylactico ocalorum. Resp. Gotthard
Beniamin Rudolphi, Medico Hafniensi.

Anno MDCCXLVI.

*Epitome Erotematica Physices, in vsum iuuentutis scholaisticae typis
impressa.*

*Continuatio I. Aphorismorum HIPPOCRATIS enucleatorum, ex horum
Sect. II. defunctorum.*

Anno MDCCXLVII.

*Continuatio II. Aphorismorum HIPPOCRATIS enucleatorum ad finem
Sect. II.*

Nolo hic silentio praeterire, ad finem perductum esse laborem, quem
DETHARDINGIVS noster in HIPPOCRATIS Aphorismos enixus est.
Quae adhuc in manuscripto sunt in HIPPOCRATEM lucubrationes, dum
ad heredes doctos perueniunt, primo quoque tempore lucem adspicient
publicam, vt eiusmodi opus edecumatum, dum absolutum est, arti salu-
tari operam nauantibus eo maiorem adferre queat vtilitatem. Taceo
iam alios partus ingenii numerosos. Paucis vt me expediam. DE-
THARDINGII merita ipsum immortalem praestabunt, et numquam in-
teritura sunt incomparabilis doctrinae ipsius monumenta. Quot viri,
eruditionis et artis salutaris laude iam cumulatissimi, ipso duce ad soli-
dam cognitionem peruenerunt, tot viua ac spirantia gloriae suae simu-
lakra sibi consecrauit. Ipse etiam in vita ex documentis multis et aper-
tissimis cognoscere potuit, magnum suis meritis atque virtutibus statui
pretium. Missis iam aliis, vnum tantummodo adducam. Inter ea, qui-
bus de Academia Hafniensi praeclare meritis est NOSTER, hoc in primis
in censum venit, quod ipsius cura atque auspiciis theatrum anatomicum
et musaeum naturae, incendio quondam deletum, denuo exstructum est.
Hoc ipsum indicat inscriptio, quae in honorem NOSTRI perennem ver-
git et prope ingressum in hoc aedificium his exhibetur verbis:

EN
PHOENICEM
EX CINERIBVS REPVLLVLANTEM,
IN QVOS VORAX FLAMMA CVM COETERIS
VNIVERSITATIS ORNAMENTIS
QVARTO CALEND. NOVEMBR. A. MDCCXXVIII.
REDEGERAT
HIC
AVSPICE REGVM OPTIMO
CHRISTIANO SEXTO
IN
MVSAEO NATVRAE ET THEATRO ANATOMICO
LAETVS ET NITIDIOR
RESVRGIT
OPERA FT CVRA
AETATE PHOENICIS, ARTE CHIRONIS,
FAC. MED. ET COLLEGII MEDICI
HAFNIENSIS
DECANI PERPETVI,
GEORGII DETHARDINGII.
A. P. C. N. MDCCXXX.
F

Haftenus

Haec tenus ea potissimum adtigi, quae DETHARDINGII nomen orbi erudito in primis commendarunt. Nunc etiam mentio iniicienda est eorum, quae ad priuatam vitae rationem magis pertinent. Silentio praeterire non possum diligentiam ipsius numquam delassatam. Licet enim in praxi clinica multorum aegrotorum valetudini consuleret; nihilo tamen secius quatuor minimum horas lectionibus, in usum auditorum institutis, quotidie destinavit. Ad restituendam aegrotantium salutem cum iter ipsi erat faciendum, non nulli libri semper ei comites fuerunt, ex quibus pro suo discendi ardore optima quaeque notavit et in usus suos convertit. Quoties libraria suppellex, quam sibi magno studio magnisque comparauerat sumptibus, ipsum possidebat, toties totus in eo fuit, ut eruditionis suae opes augetet. Hinc in arte medica quanta quanta est, insignes scientiae thesauros sibi collegerat. Ipsum in primis in historia litteraria medica plane eximium fuisse, non solum eius scripta docent, sed etiam collectanea, quae reliquit, testantur. Dicendum etiam hic est de vera in DEVM pietate, quam domi et in publico coetu ecclesiastico exercuit. Primam utique laudem hominis Christiani in vera et DEO placente pietate sitam esse, ex vero iudicabat; hinc prima ipsi et antiquissima cura erat, CHRISTO SALVATORE suo frui, illius meritis sordes peccatorum expiare, efficacissima SPIRITVS SANCTI gratia emendare animum, pie DEVM colere, puras et sanctas preces ad ipsum fundere, et ita vitae suae rationem componere, ut DEO placeret, et in statu gratiae perstaret. Hinc etiam familiae suae exemplo aequae ac praeceptis ad pietatem profuit. Nec desunt publica documenta, quibus DETHARDINGIVS Noster indicavit, verae pietatis studium sibi maxime cordi esse. Iam anno MDCCXII. quaedam Megalandri nostri LVTHERI scripta eaque rariora collegit, et Gustrouii typis exprimi curavit. Deinceps etiam libellum, cui titulus: *Kenzeichen eines wiedergeborenen Menschen*, consentiente et adprobante summe Rev. Facultate Theologica Rostochiensis in lucem emisit publicam. Hic liber iam quatuor vicibus in lingua germanica typis exscriptus est cum praefatione Theologi etiam post fata celeberrimi, DN. IOANNIS FRANCISCI BVDEL, qui in praefatione, editioni A. R. S. MDCCXXXIV. praemissa, istum ceu exiguae quidem molis, ingentis tamen pretii librum his commendat verbis: *Man hat gegenwärtige kleine Schrift abermahl zum Druck befördert, damit selbige mehrern mögte bekant werden; weil in derselben die Lehre von der Wiedergeburt so deutlich, kräftig und gründlich, zugleich aber mit aller gehörigen Behutsamkeit vorgetragen worden, daß man wol wenig dergleichen antreffen wird.* In Danicam quoque linguam anno MDCCXXXVIII. hic libellus est translatus. Mitto iam collectiones precum ardentissimarum et meditationum sacrarum, nec non varia in N. T. adnotamenta, quae in manuscripto reliquit: ut itaque celeberrimus DN. IO. HENRICVS a SEELEN in *Meditat. Exeget. P. II. Exercit. XXII.* de Medicorum meritis in sacram Scripturam agens §. XXI. p. 742. sq. DETHARDINGIVM nostrum illis merito adnumeret Medicis, qui in explicatione quorundam Scripturae sacrae locorum operam et industriam suam collocarunt.

Restat, ut ea adiciam, quae ad DETHARDINGII nostri beatum esse vitam discessum pertinent. De prodromo mortis si dicendum, prouoco ad ea, quae *Filius B. NOSTRI* primogenitus, *Vir Praenobilissimus, Excellentissimus*

mus

mus atque Experientissimus, DN. GEORGIUS CHRISTOPHORVS DE-
THARDINGIVS, Medicinae Doctor et Professor famigeratissimus Fautor
atque Collega noster honoratissimus, ex litteris, Hafnia ad ipsum perscri-
ptis, cognouit, et his exhibet verbis:

Vtinam debitum hocce pietatis filialis officium quam diutissime ad-
huc fuisset prorogatum! Vtinam spes, quam de longaeuitate desideratissimi,
nunc PARENTIS mei, non absque insigni oblectamento mihi concepe-
ram, haud ex improviso me fefellisset! Sane, viuida et animi et corporis in-
doles, qua summum NVMEN eundem donauerat, quamque debito circa,
Dietam regimine, ad senium usque tantum non semper conseruauerat in-
concussam, vt imbecillitates, aetatem senilem presso pede ceteroquin con-
comitantes, vix ac ne vix quidem senserit, certissimum mihi, aliisque ex-
stitit argumentum, fore, vt annos vltimos a DEO mortalibus concessos sit,
emetiturus.,

Expleuerat, raro fatis exemplo, iam iam annum quinquagesimum in-
matrimonio cum MATRE mea suauissima, hinc Iubilaeum gamicum cum
Liberis suis, Nepotibus, Neptibus, et Pronepte, Rostochii celebrasset, nisi,
fontica impedimenta Eundem Hafniae detinuissent, hocce propositum in-
futurum annum, si DEO ita placuisset, sibi reseruantes. Disposuit vero,
pie veneranda prouidentia diuina de hocce instituto, Illum Iubilaeis coele-
stibus, iisdemque aeternis destinando. En ergo modum, quo finem istum,
est affecuta.,

Ex Auditorio, in quo ab hora vndecima ad duodecimam lectiones suas,
haud interrupta serie, pro officii ratione habuerat, redux factus mensae-
que accumbens, cibum capturus, subito affectu hemiplectico correptus im-
potentiam quandam sinistrum latus mouendi sensit, ne terrorem ad fiden-
tibus incuteret, breui illam terminaturam pollicitus. Ingrauescente vero,
per momenta morbi vehementia, in lectum se deportandum, et venam sibi,
tundendam iussit. Voti quidem compos, ea, qua fieri potuit, promptitudi-
ne redditus, adcersitus in simul in coadiutorium Illustris DN. D. LAVB, Re-
giae Maestati Daniae et Norwegiae a Consiliis Status et Archiater primarius,
qui ex amore, quo beatum meum Parentem semper profecutus est, singula-
ri promptissimum se exhibuit, omnem lapidem mouendo, vt auxiliatrices,
aegrotanti afferret manus; at faeuicia morbi huius, qui senibus vt pluri-
mum feralis esse solet, quantacunque illis adhibita remedia, maritatus,
potius superuenienti catarrho suffocatiuo, sicque coniuncta grauitate, cor-
pus viresque penitus frangendo, auctor exstitit, vt tertio post inuasionem,
morbi die adamatissimus PARENS animum non fractum, sed coeli-
tus potius euectum, et quod singulari clementiae diuinae tribuendum, ad-
vltimam aëris vsuram admodum laetabundum, Creatori suo placide red-
diderit. Memoria eius maneat in benedictione!.,

Cognoscimus ex hoc testimonio, fide dignissimo, quodnam morbi ge-
nus desideratissimo nostro DETHARDINGIO finem vitae adtulerit.
Nunc etiam, quo animo NOSTER *ὄν ἐν ἀγίοις* imminentem mortem ex-
spectauerit, perpendemus. Quemadmodum DETHARDINGIVS in per-
poliendis iuuenum ingeniis quotidie laborauit, ita etiam hoc ipsi fuit nego-
tium, cum adpropinquauit vitae terminus. Lectione vltima, quam suis
habuit auditoribus, considerationem linguae instituit, eosdem omni, quo

potuit, modo cohortatus ne lingua peccarent, sed nobilissimo hoc instrumento ad depraedicandam DEI gloriam vterentur quam diligentissime. Vix interiecto horae spatio, insultu correptus hemiplectico, vsu linguae libero priuatus est. Ex morbi huius pertinacia B. NOSTER non dubitanter praefagiit, non longe abfore decretorium tempus, quod animam, exuuiis corporis ereptam, CHRISTO saluatori esset adducturum. Hinc posthabitis omnibus cogitationibus terrenis id tantum egit, vt animam suam DEO amatam, DEOque deuotam coelo, vnde acceperat, redderet. In primis explicata fronte et hilari mente, quamuis motu linguae voluntario ex parte impedito, innumera DEI beneficia in se collata depraedicauit, et omnes, qui adfuerunt ad easdem laudes, DEO decantandas, excitauit. Qui B. DEFVNCTO per id tempus, quo insultus iste hemiplecticus eum lecto adfixum tenuit, adfuerunt, testantur, eundem maximam cepisse laetitiam ex illo, quo per integrum vitae spatium etiam maxime delectabatur, cantico sacro: *Solt ich meinem Gott nicht singen* etc. Ad excitandam et corroborandam fidem à Confessionario suo, Summe Reuerendo, Religiosissimo atque Doctissimo DN. ROHNIO, sacram coenam sibi porrigi desiderauit. Hoc salutari animae epulo confortatus, CONIVGI suae amantissimae, et integrae FAMILIAE dilectissimae benedictionem à DEO expetiit vberimam, et omne, quod adhuc reliquum erat, vitae tempus ardentissimis precibus, ad DEVM fufis, et sacris cantionibus consumpsit, magnaque fidei *πληροφορίας παρηγορίας* animam suam in manus DOMINI commendauit. Accepimus etiam, Viros, munerum dignitate et meritorum gloria celebratissimos, DN. BLVHMIVM, DN. REVSSIVM, DN. BLOCKIVM et DN. HAVBERVM alternis vicibus B. NOSTRO frequenter adfuisse et sacras suggestisse meditationes. Sic DETHARDINGIVS noster, in vestibulo, vt Ebraei aiunt, se praeparauit vt comtus atque ornatus in triclinium intrare potuerit. Quem autem tantopere efflagitauerat vitae finem, hunc anno superiori MDCCXLVII. die 23 Octobris circa horam matutinam quintam, benedictione sacerdotali, moribundis impertiri solita, à confessionario suo venerabili accepta, inter singultus et lacrumas exoptatissimae CONIVGIS, cognatorum et amicorum adstantium in vulneribus dulcissimi SALVATORIS beatum obtinuit. Gratulamur TIBI, desideratissime DETHARDINGI, qui certamen bonum certasti, cursum confecisti, fidem seruasti. Reposita TIBI nunc in coelo est corona iustitiae. Triumphas iam inter spiritus beatissimos ineffabili laetitia summaque ac sempiterna perfrueris beatitudine.


Solatio autem adfit DEVS omnis consolationis MATRONAE Honoratissimae, VIDVAE ex Coniugis Optimi et Amantissimi obitu adficietissimae, et dolori ipsius adferat adleuamentum efficacissimum; senectutem ipsius sustentet, vires confirmet labantes; et, vt ex Liberorum dilectissimorum felicitate gaudium percipiat dulcissimum clementissime efficiat.


Solatio summum NVMEM adfit FILIIS celeberrimis, et FILIAE multis laudibus ornatissimae, mortem optimi PARENTIS acerbissime lugentibus, iisque, vt efficaciam benedictionis paternae vbertim experiantur, benignissime concedat. Solatio etiam adfit reliquis FAMILIAE DETHARDINGIANAE consanguinitatis et adfinitatis vinculo coniunctis, ipsosque omni felicitatis genere reddat cumulatos.

Nostrium vero erit, vt memoriam DETHARDINGII nostri fideliter custodiamus et animis nostris infigamus perpetuum virtutis et eruditionis DETHARDINGIANAE monumentum.

P. P. SVB SIGILLO RECTORALI DIE 25. FEBR. MDCCXLVIII.







LBMV Schwerin 33
000 195 545





no MDCCXXXIV.

Disp. Inauguralis de *haemorrhagia ventriculi*. Resp. G. Henr Blumenthal.

Specimen fatorum medicinae in morbo famoso, medicabili quidem, sed vix tollendo, Podagra. Resp. Nicolao Ryberg.

Disp. de *casibus fortuitis funestis in praxi clinica*. Resp. Georgio Augusto Dethardingio, cuius iam supra mentio facta est.

Elementa Diaetae, siue Regulae Physico-Medicae ad auro cariorem sanitatem conseruandam, vacillantem fulciendam, deperditam vero cito, tuto et iucunde recuperandam in usum eruditorum Daniae et Norwegiae.

Vid. *Hamburgische Berichte von gelehrten Sachen* anno 1734. p. 844.

Quaestio problematica: *Virum studiosus, in primis Medicinae, citra viuam Doctoris vocem propria industria sufficientem sibi comparare possit scientiam*. Resp. Seuerino Hee.

Disp. Inauguralis de *methodis medendi in Medicina et Chirurgia suspectis*. Resp. eodem Seuerino Hee, iam Medicinae Professore in Academia Hafniensi.

no MDCCXXXV.

Inauguralis de *febris, Eiderostadenses corripientibus, vulgo el-Fiebern*, Resp. Ioanne Henrico Paulsen, iam Medico Hofrato, *scientiae naturalis, quibus in rebus naturalibus et ad oblectum et ad utilitatem haecenus delecta breuibus Aphorismis exposita*.

Hoc scriptum anno MDCCXL. typis iterum excusum est. *Physiologica siue Positiones hominis statum sanum, ad officia, hinc mundo expediunda, necessarium delineantes; in usum auditorum*. Comp. *Hamburg. Berichte* anno 1736. p. 312.

Operationibus medicamentorum rescipientium et adiuuantium, Sam. Ernesto Crüger.

MDCCXXXVI.

Inauguralis de *praerogatiuis sanitatis infantum plebeiorum prae saniorum nobilium*, Resp. Ioanne Christophoro Lincke.

Infantia, qui fiat, quod natorum paucissimi aetatem attingant; plurimum contrario mundum vix ingressi huic iterum valedicendum habeant.

Infantia de coniugio diaetae et pharmaciae, ut maris vices diaeta, naturae autem feminae expleat.

Theorematum, ad Diaetologiam Biblicam spectantium, Resp. Caesareo Friderico Craft.

De causa materialis Podagrae, quae abstrusissima habetur. Marco Herford Peckel.

MDCCXXXVIII.

De quaestionum quarundam spinosarum, ad historiam medicam pertinentium, de missionibus sanguinis artificialibus. Resp. Roberto Steuero Henrici.

Inauguralis, *exhibens centuriam thesium miscellaneorum, quae dubia et ex omnibus partibus medicinae proponunt*. Resp. Ioanne Henrico Zumpe, Medico Prouinciali Petropolitano.

Inauguralis de *nouo specifico in quartana*. Resp. Hannibal Wendrup, Medico Fridericostadensi.

E 2

Anno

